

## Prilog

### MARINO BECICHEMO, *BILJEŠKE UZ OVIDIJA* (IZVACI)

Tekst priredio i preveo Neven Jovanović

Kao prilog radu o Marinu Becichemu donosim izvatke iz njegova djela *Ovidianae annotationes*, objavljena u zbirci komentara *Heroida* koju je priredio Nicolò Scelsio (Venetiis, diligentia Ioannis Tacuini de Tridino, 1525; Edit 16 CNCE 34901; digitalizirani su primjerci dostupni u zbirkama Google Books i The British Library). Izvaci obuhvaćaju cjelovit tekst obaju predgovora, Filippu Foscariju iz lipnja 1525. te senatu Dubrovačke Republike iz svibnja 1495, kao i tekst svih bilježaka u kojima se spominju čitanja dubrovačkih i brescianskih rukopisa; na kraju je uključen kratak tiskarev pogovor.

#### Načela ovog izdanja

Priređujući tekst umjereno sam modernizirao grafiju i interpunkciju te prešutno ispravio očite tipografske omaške. Identificirao sam citirana mjesta antičkih autora i naveo nekoliko paralela s djelima Becichemova doba. Čitanja *Heroida* koja navodi Becichemo usporedio sam s onima koja u kritičkom aparatu svojeg izdanja *Heroida* donosi Dörrie (i, uz bilješku 237, Lingenberg) te u bilješkama navodim relevantna opažanja; za identifikaciju sigla brojnih rukopisa moram čitaoca uputiti na same radove Dörrieja i Lingenberga.<sup>1</sup> Radi razumijevanja Becichemove filološke polemike s djelom Battiste Egnazija *Ioannis Baptistae Egnatii Veneti in Heroidas Ouidii, Sappho et Ibin obseruationes*, prvi put izdanim u Veneciji 1515. (Edit 16 CNCE 55726), a u izdanju 1525. objavljenim neposredno prije Becichemovih bilježaka (f. AAii[1r]–AAiii[3r]), ovdje u napomenama donosim i relevantne Egnazijeve priloge uspostavi teksta *Heroida*, označene s *Egnatius*. Izdanje je popraćeno prijevodom u koji je uključen i prijevod Egnazijevih priloga (uz siglu *Egnazio*).

---

<sup>1</sup> Publius Ovidius Naso, *P. Ovidii Nasonis, Epistulae Heroidum*, prir. Heinrich Dörrie, De Gruyter, Berlin – New York, 2012 (digitalni faksimil izdanja iz 1971); Wilfried Lingenberg, »Der Heroidestext in den frühesten Drucken«, *Hermes*, 144 (2016), 1, 69–96.

## OVIDIANAE ANNOTATIONES

Marinus Becichemus Scodrensis Philippo Foscaro suo s.

Litterae tuae nimis uerecunde nos adeuntes dum precibus onerarent, pudore suffuderunt, quod tantus et de me tam bene meritus patritius me rogares, cui uel nutu imperare potes. In summa requirebant, si quid unquam tui causa fecimus, faciamus ut nostrae in Heroidum epistulas annotationes, quo efflictim eas efflagitanti amico transcribendas concedas, ad te quam primum eant. Pudet me profecto rogari a te, quem unice et colo et obseruo, tum ob suauitatem ingenii tuorumque morum probitatem, tum propter litterarum specimen quibus inter aequales prae-fulges, tum ob singularem amorem, quo me iampridem prosequeris, et praemia, et honores quibus quoscumque bonarum artium professores non uulgari benignitate, uelut Platonicus alter Hipparchus,<sup>2</sup> complecteris et omni studio exornas. His accedit autoritas et singularis in me beneficentia clarissimi patris tui, Marci illius Foscari, qui bonorum atque doctorum omnium consensu heros tempestatis nostrae nominatur, et priscis heroibus seu praestanti uirtute, seu facunda sapientia opponitur. Nec immerito. Quae enim est hominis integritas? Quae consiliorum diuinitas? Quae dicendi uis atque copia? Talis certe tantaque est ut miraculo tenus optimus et ingeniosissimus quisque eum quasi terrestrem deum aut uirum de coelo lapsum et supra homines extantem suspiciant (!). Is mentes auditorum intimosque sensus sic penetrat ut nihil suadere uelit quod non persuadeat. Is, uelut arbiter curiae, censuram Venetiis constituit primusque censor omnibus comitiorum suffragiis creatus, ambitum ea remediorum moderatione repressit ut ipsius iustitiam atque continentiam, mitem austeritatem, placidamque constantiam uel ambitiosissimi homines ad coelum tollant. Is ante censorium munus aduocator in tribunitiis actionibus, antequam aduocatorio supercilio functus esset, senatus princeps in difficillimis deliberationibus uelut Pericles tonare ac fulgurare uisus est. Is in Romana legatione, hoc periculosissimo temporum statu ita suo consilio et eloquio, sua diligentia atque dexteritate rempublicam omni ex parte tutatus est ut integrum in suo uestigio imperium et imperii incolumitatem in sua maiestate nomini Veneto seruauerit. Quas ob res, quamuis uestra illum ciuitas praesentem sibi desideret inclytique patres prudentissimos sermones eius suo deesse ordini

---

<sup>2</sup> Cf. Plat. *Hipparch. in uersione Ficini* (Venetiis 1491, ISTC ip00772000): Conciui meo et tuo Hipparcho Pisistrati Philedonici filio qui filiorum Pisistrati et maior natu erat et sapientior, qui et alia multa praeclara opera sapientiae edidit et Homeri libros primus in hanc urbem inuexit coegitque poetas cantores carminum apud Athenienses referre per ordinem (...) et Anacreonta Teium missa nauī quinquaginta remorum in hanc urbem accersiuīt, Simonidem praeterea Chium apud se semper habuit amplis eum muneribus ornans. Haec autem agebat omnia ciues suos instruere uolens ut illis quam optime uiuentibus imperaret, ratus minime oportere alicui sapientiam inuidere quippe qui honestus ac bonus existeret.

## BILJEŠKE UZ OVIDIJA

Marino Becichemo Skadranin pozdravlja dragog Filipa Foscarija.

Tvoje me pismo, koje mi je i odviše obzirno pristupilo, obremenilo molbama i zbog toga natjeralo u sram; ti, takav, prema meni toliko uslužan patricij mene moliš, a mogao bi mi tek kretom glave narediti! Na kraju je pismo tražilo da, ako sam ikad išta tebe radi učinio, sada učinim da moje bilješke uz *Poslanice heroida* tebi stignu čim prije, kako bi ih ustupio na prepisivanje prijatelju koji ih usrdno traži. Zaista, stidim se što me moliš ti, koga iznimno i štujem i poštujem koliko zbog miline talenta i valjanosti tvojeg karaktera, toliko i zbog uzorne obrazovanosti kojom sjaš među sebi ravnima, još više pak zbog jedinstvene ljubavi koju mi odavno iskazuješ te nagrada i časti kojima dočekuješ i silnim zalaganjem obasipaš svakog učitelja lijepih umijeća, uz posve osobitu dobrotivost, kao drugi Platonov Hiperh. Tome svemu valja dodati ugled tvojeg oca, slavnoga Marca Foscarija, i njegovu jedinstvenu blagonaklonost prema meni; po općoj suglasnosti svih valjanih i učenih ljudi Marco nosi naziv junaka našeg doba, a drevnim junacima može stati uz bok bilo iznimnom vrlinom, bilo rječitom mudročću. I to ne nezaslužno. Jer, kakva je neporočnost tog čovjeka? Kakva je božanstvenost njegovih odluka? Kakve su govornička snaga i obilje? Sve je to, zaista, takvo i toliko da tvog oca, na način ravan čudu, svaka istaknuta i nadarena osoba drži zemaljskim božanstvom ili čovjekom spuštenim s neba, istaknutim visoko iznad drugih ljudi. On u umove slušača i njihove najskrivnije misli tako prodire da ih može uvjeriti u što god poželi. On je, kao pravi *arbiter curiae*, u Veneciju uveo provjeru statusa te je na izborima jednoglasno izabran za prvog cenzora; on je korupciju suzbio uz takvu umjerenost protusredstava da čak i njezini najveći pristaše do neba uzdižu njegovu pravednost i suzdržljivost, blagu strogost i spokojnu postojanost. On je prije svoje cenzorske službe bio odvjetnik u tribunskim intervencijama, a dok još nije strijeljao mrkim pogledom odvjetnika, kao prvak senata u najtežim bi raspravama grmio i sijevao poput Perikla. U rimskom je pak poslanstvu, u sadašnjoj pogibeljnoj situaciji, svojom promišljenošću i rječitošću, svojom energijom i spretnošću on Republiku u svakom pogledu štitio tako da je za Mletke svojom postojanošću sačuvao neokrnjeno carstvo, a svojom dostojanstvenošću osigurao nedirnutost tog carstva. Zbog svega toga, mada vaša država žudi za njegovom prisutnošću, mada časni oci žale što njihovu staležu nedostaju njegove mudre besjede, odsutnost tog

doleant, absentiam tamen rarissimi hominis tam aequo animo reipublicae ratione ferunt ut successorem poscenti et lege debitum dare iam annum nolint. Quorsum haec? Vt intelligas tuas mihi preces iure optimo molestissimas fuisse et me, qui uel testamento Ragusinarum obseruationum editionem cum aliis ingenii mei foetibus haeredibus mandaueram, factum, tua uix perfecta epistola, mutasse. Ecce enim tibi, contra id, quod statueram, tuae ut plenius satisfaciam uoluntati, pro eo ac debeo, omnes annotationes meas mitto in Ciceronem, Virgilium, Horatium, Nasonem, Catullum, Terentium, Persium, Iuuenalem, Seruium, Priscianum, Laurentium Vallensem, et Ioannem Tortelium; ut possit amicus ille tuus quicquid desiderarit sibi sumere. Tu uero uide; quoniam, si quaedam earum ut bonae tibi arriserint, nonnullae mediocres uidebuntur, caeteraeque, uti malae, displicebunt. Cum enim illas Ragusii composui, adolescens eram et ab auditoribus nostris festinanter (ut fieri solet) exceptas, uelut parentes foetus recens natos, adamauimus, nec postea iudicium maturae aetatis interponere per uarios fortunae casus et assiduas professionis nostrae occupationes licuit. Vide, inquam, etiam atque etiam uide; quod, cum te iudicem constituerim, sicut, qui ex laboribus his aliquid utilitatis adipiscuntur, non minus tibi quam mihi acceptum ferent, ita, qui quoquomodo offenduntur, non de te minus quam de me obloquuntur. Sunt hodie praeterea non tres, ut olim, sed infinitae harpyiae, quae maledicos allatratores stimulant. Nostras siquidem magna ex parte surripuerunt lucubrationes et suis immiscentes magis contaminauerunt; quibus harpyis plerique etiam ex nostris auditoribus sese socios addiderunt qui magna ingratitude quae Brixiae, Venetiis, Pataui a nobis didicerunt quaeque a nobis scripta et iam undetriginta annis emissa fuerunt, nulla authoris doctorisue facta mentione, sibi ascripserunt; et, ne plagiariae legis rei peragantur, manifesta furta publicaue latrocinia racemationes et spicilegia uocarunt; et, quod mirabilius est, antequam ex utero editi matrum forent scripsisse quae ab aliis iamdiu scripta fuerant, Pythagorica (credo) transmigracione testantur, et aliorum centurias damnant quas arbitris semotis in manibus semper habent. Qui sint haud nominamus. Si sua ipsi uoce prodiderint, ut suo se puellae latentes risu, suae temeritatis, impudentiae poenas luent; si tacuerint, omnino sentient, et propediem plagarii sentient, aliena scripta sub racemorum et spicarum uelamine in seruitute teneri haud quaquam posse; et uelut corniculae furtiuis nudati pennis non modo risum captabunt, sed et ipsius legis Phaniae plagis<sup>3</sup> terga dabunt te, mi Philippe, uera patris imagine, tum auspice, tum (ut auguror) censore. Vale. Ex Patauina Academia Nonis Iuniis. M. D. XXV.

---

<sup>3</sup> Perotti, *Cornucopiae* ed. Charlet 1991, lib. I epig. 2, c. 277, 2-49: Dictus plagarius quod lege Faniae plagis damnatus esset. Lex ipsa plagaria, crimen plagium uocatum. – *Corpus iuris ciuilis: Volumen legum paruum*, Venetiis 1591 (Editio 16 CNCE 13460), Institutionum imperialium IIII (lex Flauia de plagariis), *in nota*: Phaniam uocant hanc legem Beroaldus, Perotius, Catellianus Cotta...

jedinstvenoga čovjeka, u interesu Republike, oni podnose toliko spokojno da mu već godinu dana, usprkos njegovim molbama i zakonskim obavezama, nisu htjeli odrediti nasljednika. Čemu ove riječi? Kako bi shvatio da su mi tvoje molbe punim pravom teško pale te sam, mada sam bio čak oporučno naložio tek nasljednicima da dubrovačka zapažanja objave zajedno s drugim plodovima moga duha, svoju odluku izmijenio odmah pošto sam pročitao tvoje pismo. Pa stoga eto, suprotno onome što sam bio kanio, kako bih potpunije ugodio tvojoj volji (kako sam i dužan), šaljem ti sve svoje bilješke uz Cicerona, Vergilija, Horacija, Nazona, Kattula, Terencija, Perzija, Juvenala, Servija, Priscijana, Lorenza Vallu i Giovannija Tortellija, da bi onaj tvoj prijatelj mogao za sebe odabrati što god poželi. Ali ti pripazi! Jer, ako te poneka bilješka i bude, kao dobra, razveselila, neke će se činiti osrednjima, a druge se neće svidjeti jer su loše. Kad sam ih, naime, u Dubrovniku sastavljao, bio sam mlad te sam ono što su moji slušači žurno pohvatali (kako obično biva) prigrlio kao što roditelji čine s tek rođenim potomstvom. Kasnije, nažalost, nije bilo prostora primijeniti rasudnu moć zrele dobi, zbog različitih preokreta sreće i neprestane zaposlenosti moje struke. Pripazi, zato kažem, i opet i opet pripazi; jer, budući da sam tebe postavio za suca, oni koji iz ovih radova izvuku nešto koristi neće to u zaslugu manje ubrajati tebi nego meni, ali isto tako ni oni koji se nađu na bilo koji način uvrijeđenima neće psovati manje tebe nego mene. Harpija, zna se, danas ima ne tri, kako je nekoć bilo, već bezbroj, i one će dodatno podjariti zlobne olajavatelje. Jer one su same otuđile velik dio mojih tumačenja te ih, miješajući ih sa svojima, dodatno okaljale; a tim se harpijama pridružio i znatan broj mojih slušača koji su, u silnoj nezahvalnosti, ono što su od mene naučili u Brescii, Veneciji, Padovi i što sam bio napisao i objavio već pred dvadeset i devet godina, pripisali sebi, ne spominjući ni na koji način autora i učitelja; pa, da ne bi pali pod udar zakona o plagiranju, očitu su krađu i svima poznato nedjelo nazvali berbom i paljetkovanjem; a još je čudesnije što mora da su i prije nego su izašli iz utroba svojih majki napisali te riječi koje su drugi napisali već davno; time svjedoče, mislim, o pitagorejskoj seobi duša. Kritiziraju tuđe centurije, ali ih, kad mjerodavni nisu u blizini, ne ispuštaju iz ruku. Te i takve nećemo imenovati. Ako se odaju vlastitim glasom, kao one djevojke čije sklonište odaje njihov smijeh, pretrpjet će kaznu za svoju nepromišljenost i bestidnost; ako budu šutjeli, svakako će osjetiti, i vrlo će brzo osjetiti, ti kradljivci, da tuđe spise nikako ne mogu držati u ropstvu pod plaštem grozdova i klasja; poput svraka, izgubivši ukradeno perje neće samo izazivati smijeh nego će leđa podmetnuti i kaznama samoga Fanijeva zakona – čemu ćeš, Filippo moj, kao prava slika svog oca, pomoći ti kao zaštitnik i (neka mi je dozvoljeno navijestiti) cenzor. Ostaj zdravo. Iz padovanske akademije, o junskim idama 1525.

## Marini Becichemi Scodrensis praefatio in Ouidianas annotationes.

In litteris elegantioribus, Ragusinae reipublicae rector patresque conscripti, omnia debere profiteor duobus praeceptoribus meis, cum a Deo optimo maximo discesserim, Christophoro Barzizio et Ioanni Calpurnio. Illius enim contubernio sum usus tali consilio ut ab eo, quae non omnibus explorata ac obuia, immo ne animaduersa quidem essent, liberius quaererem. Huius assidua consuetudine ita sum usus ut ab eius latere nunquam discederem, ut uir multae ac uariae lectionis uiam interroganti ad arcana et studiorum penetralia certa indagine aperiret. Et uterque optatis feliciter annuit, nec quicquam fuit tam dubium, et abstrusum quod non fuerim ab utroque feliciter consequutus. Barzizius enim comiter atque benigne, ut multa de se quaererem, quotidie hortabatur. Calpurnius ingenio meo, quod satis solers, promptum, et litterarum amore inflammatum censebat, ultro uarias quaestiones, diuersa etiam sensa proponeret et prioribus reiectis opinionibus nouas et ab aliis quandoque excogitatas non sine grati animi testimonio induceret. Hunc ego morem secutus, rector et patres amplissimi, in hac uestra florentissima urbe hactenus seruauī. Sed et illud in primis curauī ut sciret uestra iuuentus non omnes authores in omnibus usquequaque sequendos, sed alios ob eruditionem pariter et eloquentiam diurna nocturnaue manu uersandos, alios ob eruditionem tantum legendos; quam quidem notitiam a M. A. Sabellico cum ipsius stili, quantulacunque in nobis est, facilitate accepimus. In praelegendis autem bonorum authorum operibus nihil emendauimus sine certo iudicio aut antiquorum codicum fide; nihil declarauimus sine ratione aut aliqua, cui repugnare nephās sit, auctoritate. Romanam elegantiam in suum candorem ita redegimus ut nihil fidei habentes grammaticis, aut priscis, ut Seruio et Prisciano, aut recentibus, ut Laurentio Vallensi et Ioanni Tortellio, aliud esse grammaticae, aliud Latine loqui ostendimus et pomerium Latinae linguae proferre studuimus. Verane an falsa sint, quae asserimus, annotationes nostrae prae se ferunt in Virgilium, in epistolas et officia Ciceronis, et in praenominatos grammaticos a uestris et ciuibus et filiis collectae, quas succisiuis horis recognitas Ragusinoque nomine insignitas emisimus. Sed et eae, quas nunc in Nasonis opera eodem nomine prodire in publicum permittimus, ostendent quantum studiosis omnibus profuturae sint lucubrationes nostrae. Vos, cum toties me praesentia uestra honestaueritis et uiuae uocis enarrationes probaueritis, in scripto quoque ut recognoscatis quid nobis ingenii Deus misericors concesserit, obsecramus. Valete, rector et patres sapientissimi. Ragusii Kal. Maii anno a natali Christiano M. CCCC. LXXXV.

Marino Becichemo Skadranin, predgovor *Bilješkama uz Ovidija*

U lijepoj književnosti, rektore i senatori Dubrovačke Republike, sve dugujem, priznajem, dvojici svojih učitelja (ako izuzmemo najvećega i najboljeg Boga): Cristoforu Barzizzi i Giovanniju Calpurniju. Družeci se s onim prvim, moj je pristup bio da ga slobodnije ispitujem o onom što nije svima očito i bjelodano, o onome što, dapače, ostali ponekad ne bi ni zapazili. A radeći dugo s ovim drugim, nisam se od njega odvajao ni na tren, kako bi taj čovjek ekstenzivne i intenzivne načitanosti, potaknut mojim pitanjima, pouzdanim izlaganjem otvorio put do tajanstva i svetišta znanosti. Obojica su uspješno udovoljila mojim željama te nije bilo ničega toliko nejasnog i tamnog da to ne bih uz pomoć obojice uspješno dokučio. Barzizza me ljubazno i dobrohotno iz dana u dan poticao da ga čim više ispitujem. Calpurnio bi mome umu, koji je procijenio dovoljno iskusnim, spremnim i ugrijanim ljubavlju prema znanosti, samoinicijativno zadavao različita pitanja, pa i višestruka moguća tumačenja, te bi me odbacujući postojeća mišljenja navodio na nova, do kojih su ponekad došli drugi; i ne bez znakova moje zahvalnosti. Isti sam običaj i ja usvojio, poštovani rektore i senatori, te sam ga se u ovom vašem prekrasnom gradu dosad držao. No, posebno sam se brinuo da vaša omladina shvati kako ne treba sve autore slijediti baš u svemu. Jedne treba, zbog učenosti kao i zbog ljepote izraza, listati danju i listati noću, dok druge treba čitati samo zbog učenosti; tu sam spoznaju usvojio od Marcantonija Sabellica, zajedno s okretnošću njegova stila, ma kakva ona u mene bila. Čitajući djela valjanih autora, dakle, ništa nismo ispravljali bez pouzdanog suda ili potvrde drevnih kodeksa; ništa nismo izlagali bez objašnjenja ili pozivanja na takav autoritet da bi grijeh bilo suprotstavljati mu se. Rimski smo sklad vratili njegovu prijašnjem sjaju ne vjerujući isključivo gramatičarima, niti drevnima, poput Servija i Priscijana, niti novima, poput Lorenza Valle i Giovannija Tortellija; pokazali smo da je govoriti gramatički jedno, a govoriti latinski drugo te smo se trudili proširiti domenu latinskoga jezika. Je li točno ili pogrešno ono što tvrdimo, pokazuju moje bilješke uz Vergilija, uz Ciceronova pisma i raspravu *O dužnostima*, te uz spomenute gramatičare, kako su ih prikupili i vaši sugrađani i vaši sinovi; te sam bilješke, našavši nešto slobodnog vremena, pregledao i objavio ih urešene imenom Dubrovnikana. Ali i ove uz Nazonovo djelo, kojima sada dopuštamo da pod istim imenom izađu u javnost, pokazat će koliko će svima koji se bave znanošću koristiti naša tumačenja. Vas, budući da ste me toliko puta počastili svojom prisutnošću i pohvalili moja objašnjenja uživo, molim da provjerite i u pisanom obliku koliko nam je dara milostivi Bog udijelio. Ostajte zdravo, premudri rektore i senatori. U Dubrovniku, na majske kalende godine od rođenja Kristova 1495.

Ex Ragusinis in Epistolas Ouidii obseruationibus Marini Becichemi Scodrensis excerpta.

(...)

Octuagesima octaua in Ouidii epistolas annotatio.

*Infantem caudis inuoluisse manum.*<sup>4</sup> Sic habent pleraque manu scripta, sed et primae impressionis exemplaria. At uetustissimi codices Io. Gottii patricii Ragusini Ceruiniq̄ue item poetae: *Infantem nuda dilacerasse manu.*

(...)

Nonagesimaprima in Ouidii epistolas annotatio.

*Fertilis et damnis diues ab ipsa suis.*<sup>5</sup> Haec lectio displicet; antiqua fere manus *ditior ipsa suis* habet, non autem *diues ab ipsa*. Gottii codex uetustissimus, cuius non semel fecimus mentionem, non *ditior*, *diues ab ipsa*, sed *fertilis ipsa suis*. Perplacet tum secunda, tum tertia lectio.

(...)

CXXVIII in Ouidii epistolas annotatio.

*Et subitus dextrae praepedit ossa tremor.*<sup>6</sup> Marci Picardi uetus exemplar: *orsa*, non *ossa*. Quae lectio uerior uidetur.

(...)

CXXXI. in Ouidii epistolas annotatio.

*Sanguis abit mentemque calor corpusque reliquit.*<sup>7</sup> Stultum est uelle tueri *color*, ut est in uulgatis codicibus, nisi *faciem* legas, ut habet Ioannis Gottii poetae codex antiquus. Sed et sic displicet. Qui enim in tenebris iacens in lecto uidere poterat *faciem* a colore sibi relictam? At quod calor reliquisset mentem ut corpus, bene sentire poterat.

(...)

<sup>4</sup> Ov. *epist.* 9 *Deianira Herculi*, 86: *Infantem caudis inuoluisse manum. Dörrie caudis... manum | nuda... manu B Bx C Ea F K Mi Of Pa(mg) Pb Q2 R Ri T Y Planudes (...)* inuoluisse | dilacerasse Ab Bx C Ea Ep F Gi K Mpc Mi Pa(mg) Pb Q R. – *Egnatius: Scilicet immanes elisis faucibus hydros | Infantem, et caudis inuoluisse manum.* Multis erroribus uersiculi hi duo foedati antea erant, qui tamen ita restituendi (uti arbitror) fuerant; sit tamen hoc integrum lecturis.

<sup>5</sup> Ov. *epist.* 9, 96: *Fertilis et damnis diues ab ipsa suis. Dörrie uersum uncinis inclusit; diues ab cf. 12, 20 | ditior Bnpec Ea G Gi K Mi Ob Of R T Y (...)* tutior Q – *Apud Dörrie deest lectio fertilis ipsa suis.*

<sup>6</sup> Ov. *epist.* 14 *Hypermetra Lynceo*, 18: *Et subitus dextrae praepedit ossa tremor. Dörrie ossa | ora F; orsa Naugerius.*

<sup>7</sup> Ov. *epist.* 14, 37: *Sanguis abit, mentemque calor corpusque relinquit. Dörrie calor | color Ab1 Ep K M Ob Q R Ri V Y Z; apud Dörrie deest calor faciemque – relinquit | reliquit B Bi Bn C Ep Gu I K M Mi Mz Ob Pb Pm Q R Ri V Vb (...).*



Izvaci iz dubrovačkih zapažanja Marina Becichema uz Ovidijeve poslanice  
(...)

Osamdeset osma bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Infantem caudis inuoluisse manum*. Tako stoji u većini rukopisa, ali i u primjercima prvog izdanja. Međutim, vrlo stari kodeksi Ivana Gučetića, dubrovačkog patricija, i pjesnika Crijevića: *Infantem nuda dilacerasse manu*.<sup>1</sup>

(...)

Devedeset prva bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Fertilis et damnis diues ab ipsa suis*. Ovo čitanje nije prihvatljivo; ruka koja je prilično drevna ima *ditior ipsa suis*, a ne *diues ab ipsa*. Gučetićevo vrlo stari kodeks, koji smo ne jednom spomenuli, nema *ditior*, *diues ab ipsa*, već *fertilis ipsa suis*. Odlično je kako drugo, tako i treće čitanje.

(...)

128. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Et subitus dextrae praepedit ossa tremor*. Stari primjerak Marca Picardija: *orsa*, ne *ossa*. To se čitanje čini točnijim.

(...)

131. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Sanguis abit mentemque calor corpusque reliquit*. Nerazumno je zadržavanje riječi *color*, kako stoji u najraširenijim kodeksima, ako ne bi čitao i *faciem*, kako ima drevni kodeks pjesnika Ivana Gučetića. Ali ni tako nije prihvatljivo. Jer kako je, ležeći u krevetu u mraku, mogla vidjeti da joj je lice napustila boja? Ali da je toplina napustila i duh kao i tijelo, to je mogla dobro osjetiti.

(...)

---

<sup>1</sup> *Egnazio: Scilicet immanes elisis faucibus hydros / Infantem, et caudis inuoluisse manum*. Ova su dva stiha ranije bila unakažena mnogim pogreškama te ih je konačno trebalo ovako (po mom mišljenju) uspostaviti; konačan sud o tome ipak neka bude ostavljen čitaocima.

CXXXVI. in Ouidii epistolas annotatio.

*Haec ego, dumque queror lachrymae sua uerba sequuntur.*<sup>8</sup> Aelii Ceruini poetae codex antiquissimus: *Haec ego dum queror, heu lachrymae pia uerba sequuntur.* Quae lectio perplacet. Nam et uersus minus asperitatis habet, et facilitatem Ouidianam refert, et subsequens uersus melius quadrat propter *que* copulam.

(...)

CLVIII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Sponsor coniugii stat dea picta sui.*<sup>9</sup> Antiqui fere omnes codices *tui pro sui* habent, et haec est uera lectio procul dubio. Picardi codex habet *sponstrix*, Carabelli *sponsrix*, Meatii (!) rectius *sponstrix*, quod est minus asperum, ut sit uerbale foemininum. Nec mirandum. Nam quamuis *spondeo* facit *spondi sponsum* unde *sponsor*, et *sponsrix* foemininum deducendum esset, tamen euitandae asperitatis gratia additur *t* ut a *tondeo totondi tonsum* facit *tonsor* et *tonstrix* licet uerbalia in *sor* careant foeminino propter absurditatem uocis, exceptis praeter *tonstrix*, de quo nomine dictum, *expultrix*, et *assestrix*, ut notant ueteres grammatici maximeque Priscianus; qui libro octauo refert incommoditate uel inconsonantia deficere quaedam, ut si uelimus ab eo quod est *cursor* et *risor* foeminina formare iuxta analogiam, absonum natura literarum et incongruum fieret. Vnde Cicero uolens ab eo, quod est *expulsor*, proferre foeminum, mutauit *s* in *t* et *expultrix* dixit Tusculanis V: *o uitae philosophia dux, uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum.* In eodem *regiae uirgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris*, ab eo quod est *tonsor*, *tonstrix* fecit, inde diminutivum *tonstricula*.<sup>10</sup> Marcellianus Affrannius (!) *assestrix* protulit.<sup>11</sup>

<sup>8</sup> Ov. *epist.* 14, 67: *Haec ego; dumque queror, lacrimae sua uerba sequuntur. Dörrie: dumque ] dum Ep G2pc K Mi; caeterae lectiones Becichemi desunt apud Dörrie.*

<sup>9</sup> Ov. *epist.* 16, *Paris Helenae* 116: *Sponsor coniugii stat dea picta sui. Dörrie nihil offert ad v. 16, 116.*

<sup>10</sup> *incommoditate uel inconsonantia... tonstricula: Prisc. 8, 1: Incommoditate uero uel inconsonantia, quam Graeci ἀσυμφωνίαν uocant, deficiunt quaedam, ut si uelimus ab eo, quod est cursor et risor, foemininum dicere, secundum analogiam mutatione or in rix absonum fit et incongruum naturae literarum. Unde Cicero uolens ab eo, quod est expulsor, proferre foemininum, mutauit s in t, et expultrix dixit Tusculanarum V. O uitae philosophia dux, o uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum. In eodem: Regiae uirgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris. Ab eo quod est tonsor tonstrix fecit foemininum, addita t, et ex eo diminutivum tonstricula, quomodo a nutrix nutricula, et ea per naturam.*

<sup>11</sup> Cf. Curio Lancello Pasi, *Habes candidissime lector in hoc opere quae posteriores grammatici a Varrone in hodiernum usque diem uel ignorarunt uel per incuriam omiserunt in rebus grammaticae non uulgaribus contemplationem methodices referentia. Et si qua sunt in illis dispersa uel abstrusa diminutaque in melius reformata uidentur unde titulus. De litteratura non uulgari. Ad Cur. Lancillottum Pasium Laureatum Ferrariensem operis autorem clarissimi poetae Pamphili Sassi Mutinensis. ... Ex thermis Aquarianis. 7. Augusti. 1504, [Reggio Emilia], [Girolamo Ruggeri], [1512] (Edit 16 CNCE 47264): 382,*

## 136. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Haec ego, dumque queror lachrymae sua uerba sequuntur.* Vrlo drevni kodeks pjesnika Ilije Crijevića: *Haec ego dum queror, heu lachrymae pia uerba sequuntur.* Ovo je čitanje jako prihvatljivo. Jer i stih je manje rezak, i pokazuje onu ovidijevsku lakoću, i sljedeći se stih bolje slaže zbog veznika *-que*.

(...)

## 158. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Sponsor coniugii stat dea picta sui.* Drevni kodeksi gotovo svi imaju *tui* umjesto *sui*, i to je nesumnjivo točno čitanje. Picardijev kodeks ima *sponstrix*, Caravellijev *sponsrix*, Menčetićev točnije *spontrix*; potonje je manje resko izvođenje ženskog roda. Tome se ne treba čuditi. Jer, iako *spondeo* ima *sponondi sponsum*, odakle bi trebalo izvesti *sponsor* i ženski rod glagolske imenice *sponsrix*, ipak se, radi izbjegavanja reskosti, dodaje *t*, kao što se od *tondeo totondi tonsum* izvode *tonsor* i *tonstrix*, premda glagolske imenice na *-sor* nemaju ženskog roda zbog besmislenosti riječi, uz izuzetke *tonstrix*, o čemu smo govorili, *expultrix* i *assestrix*, kako bilježe drevni gramatičari, a osobito Priscijan; on u osmoj knjizi javlja da su zbog nezgodnosti ili nesuzvučja neki oblici izostali, pa ako bismo htjeli od imenica *cursor* i *risor* po analogiji tvoriti ženski rod, dobili bismo nešto po prirodi glasova neskladno i nesklapno. Otud je Ciceron, kad je htio upotrijebiti ženski rod oblika *expulsor*, izmijenio *s* u *t* te u *Razgovorima u Tuskulu*, V. knjiga, rekao *expultrix: o uitae philosophia dux, uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum*. U istoj knjizi: *regiae uirgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris*; od oblika *tonsor* izveo je *tonstrix*, a odande umanjenicu *tonstricula*. Marcelijan Afranije upotrijebio je *assestrix*.

CLIX. in Ouidii epistolas annotatio.

*Imposita est factae postquam manus ultima classi.*<sup>12</sup> Exemplaria Gottii et Meatii (!) *nostrae non factae*; et rectius. Siquidem *imponere manum* idem significat quod *imponere summam*, siue *ultimam manum*, hoc est finem alicui rei imponere, aliquam rem absolvere; quae elegantia pertinet ad omnia opera, ad omnes artifices; iccirco illud *factae* ociosum uidetur. Donatus *imponitur*, inquit, *manus rebus, cum perficitur id, quod coeperit; ut Vir. imponit regina manum, relinquuntur uero res, cum imperfectae relinquuntur. Item Vir. atque opere in medio defixa reliquit aratra.*<sup>13</sup> Quint.: *nam caeteri fere, qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quas perfecto omni alio genere doctrinae, summam inde eloquentiae manum imponerent.*<sup>14</sup> Ouid. de opere Metamorphoseon:

Dictaque sunt, nostro quamuis manus ultima coepto

Defuit, in facies corpora uersa nouas.<sup>15</sup>

Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,

Certius a summa nomen habere manu.

Nunc incorrectum populi peruenit ad ora.<sup>16</sup>

Idem de eodem opere:

Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,

Nesciat his summam siquis abesse manu.

Ablatum mediis opus est incudibus illud,

Defuit et scriptis ultima lima meis.<sup>17</sup>

(...)

CLXII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Vt uidi, obstupui, praecordiaque intima sensi.*<sup>18</sup> ad imitationem Virgilianam Gottii codex *ut uidi, ut stupui* habet. Sic etiam in epistula Medaeae: *ut uidi, ut perii*,<sup>19</sup> quamuis alii fere *et uidi, et perii habent*.

---

*De litteratura non uulgari* 8, 11: assessor assestrix Affrannius (!) docente Marcello dimitte iam assestricem ad me uocat.

<sup>12</sup> Ov. *epist.* 16, 117: *Imposita est factae postquam manus ultima classi. Dörrie nihil affert ad v. 16, 117.*

<sup>13</sup> Don. Ter. *Andr.* II, 4, 1, *citans Verg. Aen.* 7, 573, *Verg. georg.* 3, 519.

<sup>14</sup> Quint. *Inst.* I pr. 4.

<sup>15</sup> Ov. *trist.* 2, 555–556.

<sup>16</sup> Ov. *trist.* 3, 14, 21–23.

<sup>17</sup> Ov. *trist.* 1, 7, 27–30. Nec tamen 27, Nesciet 28.

<sup>18</sup> Ov. *epist.* 16, 135: *Ut uidi, obstupui praecordiaque intima sensi. Dörrie ad 135 tantum sensi ζ ] censi π.*

<sup>19</sup> Ov. *epist.* 12, 33: *Et uidi et perii nec notis ignibus arsi.*

## 159. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Imposita est factae postquam manus ultima classi.* Primjerci Gučetića i Menčetića *nostrae*, ne *factae*; to je točnije. Jer *imponere manum* znači isto što i *imponere summam* ili *ultimam manum*, to jest učiniti kraj nečemu, nešto dovršiti; takav se lijep izraz odnosi na sva djela, na sve vršitelje radnje; zbog toga se ono *factae* čini suvišnim. Donat kaže: *imponitur manus rebus* kad se okonča ono što je započeto, kao kod Vergilija *imponit regina manum*; a *relinquuntur res* kad se nešto ostavlja nedovršenim; također Vergilije: *atque opere in medio defixa reliquit aratra*. Kvintilijan: *nam caeteri fere, qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quas perfecto omni alio genere doctrinae, summam inde eloquentiae manum imponerent.* Ovidije o svome radu na *Metamorfozama*:

*Dictaque sunt, nostro quamuis manus ultima coepto*

*Defuit, in facies corpora uersa nouas.*

*Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,*

*Certius a summa nomen habere manu.*

*Nunc incorrectum populi peruenit ad ora.*

Isti o istom djelu:

*Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,*

*Nesciat his summam siquis abesse manu.*

*Ablatum mediis opus est incudibus illud,*

*Defuit et scriptis ultima lima meis.*

(...)

## 162. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Vt uidi, obstupui, praecordiaque intima sensi;* kao oponašanje Vergilija u Gučetićeve kodeksu stoji *ut uidi, ut stupui*. Tako i u Medeji noj poslanici: *ut uidi, ut perii*; iako dosta drugih ima *et uidi, et perii*.

CLXIII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Nec tibi per usquam Phrygiae nec solis ab ortu.*<sup>20</sup> Quidam codices *Phrygiam*. Ceruini codex, quem primae impressionis puto, *Phrygia* habet. Et hanc Ceruini lectionem optimam, uereque Ouidianam puto. Vt fit sensus: nec altera par est tibi usquam in Phrygia etc. Nam quod quidam dicunt *usquam Phrygiae sicut usquam terrarum, locorum, gentium* dici, risum nobis mouent. Neminem enim esse putamus tam barbarum et illitteratum qui dicat *non est tibi par usquam Italiae, usquam Graeciae, usquam Galliae, usquam Dalmatiae* pro eo quod est *in aliquo loco Italiae, Graeciae, Galliae, Dalmatiae*.

(...)

CLXVIII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Omnia si dederis, nunquam dabis Hectors fratrem.*<sup>21</sup> Proba et elegans mihi haec lectio uidetur, quamuis Mintii (!) et Gottii exemplaria uetustissima habeant: *Omnia si dederis, unquam dabis Hectors fratrem?* cum interrogatione. *Dederis* autem ultimam producere potest, immo debet, quia secunda persona singularis futuri subiunctiuui producitur. Horatius: *Audieris: haeres ergo nunc damna sodalis.*<sup>22</sup> Item: *Miscueris elixa, simul conchylia turdis.*<sup>23</sup> At praeteriti secunda persona singularis corripit *is* Diomede et aliis grammaticis authoribus. Vnde in plurali producunt primam et secundam personam futuri, ut *dederimus, dederitis*; praeteriti uero corripiunt, ut *dederimus, dederitis*. Vnde idem Diomedes *et in hac*, inquit, *subiunctiua numero plurali uniformem declinationem praeteriti et futuri temporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur, futurum circumflectitur.*<sup>24</sup> Ita ut in praeterito *dederimus* antepenultima habeat accentum acutum, in futuro autem penultima accentum circumflexum. Hinc apud Ennium: *Non mi aurum posco, non mi pretium dederitis.*<sup>25</sup> Ouidius: *Et maris Ionii transieritis aquas Et Consulis, ut limen contigeritis, erit.* Idem, *Accepisse simul, uitam dederitis in undis.*<sup>26</sup> Virgil. in Priapeis: *Vtilis haec, aram si dederitis, erit.*<sup>27</sup> Sed contra *is* futuri subiunctiuui aliquando corripiunt probati authores, et penultimam in plurali. Hora. *Dixeris egregie, et nam frustra uitium uitaueris illud / Si te alio*

<sup>20</sup> Ov. *epist.* 16, 143: *nec tibi par usquam Phrygia, nec solis ab ortu.* – Dörrie 143 par Naugerius ] per π; Phrygia ς | Phrygiam π; phryiae Naugerius.

<sup>21</sup> Ov. *epist.* 16, 367: *Omnia si dederis, numquid dabis Hectors fratrem?* – Dörrie: 367 numquid B Bx F Gu I M Mz Ob P Pa Pm T Vb; numquam G V rell.; unquam *deest* in apparatu Dörrie.

<sup>22</sup> Hor. *sat.* 2, 5, 101: *Audieris »heres«: »ergo nunc Dama sodalis...«*

<sup>23</sup> Hor. *sat.* 2, 2, 74.

<sup>24</sup> Diom. *gramm.* De subiunctiuo modo, p. 340 vol. I Keil.

<sup>25</sup> Enn. *ann.* 183: *Nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis.*

<sup>26</sup> Ov. *Pont.* 4, 5, 6; 4, 5, 16; *met.* 6, 357: *Accepisse simul: uitam dederitis in unda.*

<sup>27</sup> *Priap.* 73, 4.

## 163. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Nec tibi per usquam Phrygiae nec solis ab ortu.* Neki kodeksi *Phrygiam*. Crijevićev kodeks, koji, smatram, pripada prvom izdanju, ima *Phrygia*. To Crijevićevo čitanje smatram najboljim i istinski ovidijevskim. Dobiva se smisao: i nema druge tebi ravne nigdje u Frigiji itd. Jer, to što neki govore da se kaže *usquam Phrygiae* kao što se kaže *usquam terrarum, locorum, gentium*, tome se moram smijati. Mislim da nema toliko neobrazovanog barbara koji bi rekao *non est tibi par usquam Italiae, usquam Graeciae, usquam Galliae, usquam Dalmatiae* za *in aliquo loco Italiae, Graeciae, Galliae, Dalmatiae*.

(...)

## 168. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Omnia si dederis, nunquam dabis Hectora fratrem.* Ovo mi se čitanje čini valjanim i skladnim, premda Menčetićevi i Gučetićevi vrlo stari primjerci imaju: *Omnia si dederis, unquam dabis Hectora fratrem?* s upitnikom. *Dederis* može produžiti posljednji slog, čak i mora, jer se u drugom licu jednine futura II. produžuje. Horacije: *Audieris: haeres ergo nunc damna sodalis*. Također: *Miscueris elixa, simul conchylia turdis*. Ali u drugom licu jednine konjunktiva perfekta *is* je kratko prema Diomedu i drugim gramatičarima. Zbog toga u pluralu produžuju prvo i drugo lice futura, kao *dederimus, dederitis*; a konjunktiv perfekta skraćuju, kao *dederimus, dederitis*. Otud isti Diomed kaže: *i kod ovog konjunktiva u množini identično mijenjanje prošlog i budućeg vremena razlikuje naglasak. Jer perfekt se mijenja s naglaskom akutom, futur s cirkumfleksom*. Tako da u perfektu *dederimus* antepenultima ima akut, a u futuru penultima cirkumfleks. Otud kod Enija: *Non mi aurum posco, non mi pretium dederitis*. Ovidije: *Et maris Ionii transieritis aquas i Consulis, ut limen contigeritis, erit*. Isti: *Accepisse simul, uitam dederitis in undis*. Vergilije u *Prijapskim pjesmama: Vtilis haec, aram si dederitis, erit*. No, suprotno, *-is* futura II. valjani pisci ponekad krate, i penultimu u pluralu. Horacije: *Dixeris egregie, i nam frustra uitium uitaueris illud / Si te alio prauum detorseris*.

*prauum detorseris.*<sup>28</sup> Virg. *Quas gentes Italum, aut quas non oraueris urbes.*<sup>29</sup> Iuuenalis: *Graeculus esuriens in coelum iusseris ibit; et si dixeris »aestuo«, sudat.*<sup>30</sup> Lucretius: *Quas ob res ubi uiderimus nil posse creari.*<sup>31</sup> Ergo dicendum: in singulari *ris* tunc produci cum est principium pedis; *ri* autem in plurali produci quia, cum inueniuntur simul quatuor breues, licet unam producere metri necessitate. Aliter utramque syllabam corripendam et semper in pronunciando primas et secundas personas praeteriti pariter et futuri numero multitudinis breuiari debere; ita ut accentus nunquam sit in penultima. Haec est nostra sententia uel repugnante Diomede et caeteris fere omnibus aliis grammaticis.

(...)

CLXXI. in Ouidii epistolas annotatio.

*An quia uim nobis Neptunius attulit heros.*<sup>32</sup> Antiqui codices Picardi atque Mentii sic habent. At Ceruini atque Gottii *intulit* non *attulit*. Sensus omnino idem ex utraque lectione sequitur.

(...)

CLXXXI. in Ouidii epistolas annotatio.

*An uigilant omnes et timet ille suos.*<sup>33</sup> Sic habent Picardi et Ceruini codices. Sed Carabelli et Laurini, qui Brixiae profitentur, *An uigilant omnes, et timet ille patrem* legunt. Vtraque lectio recta.

(...)

CLXXXIX. in Ouidii epistolas annotatio.

*Mille modi restant, cliuo sudamus in uno.*<sup>34</sup> Antiqui fere codices *in uno* excepto uno Laurini, qui habet *in isto*.

(...)

CXCII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Inde fit ut, quoties obsistere perfide tentas.*<sup>35</sup> Sic habent exemplaria Ceruini et Gotti. *Insistere* Picardi et Mentii. *Existere* Laurini et Carabelli.

(...)

---

<sup>28</sup> Hor. *ars* 47: *Dixeris egregie, notum si callida uerbum; sat. 2, 2, 54–55: Iudice: nam frustra uitium uitaueris illud; Si te alio prauum detorseris. Auidienus...*

<sup>29</sup> Verg. *Aen.* 6, 92.

<sup>30</sup> Iuv. 3, 78; 3, 103.

<sup>31</sup> Lucr. 1, 155.

<sup>32</sup> Ov. *epist.* 17 *Helena Paridi*, 23 An, quia uim nobis Neptunius attulit heros. – Dörrie 23 attulit | addidit Pm; intulit Ab Bx C G Gi H K M Mi Mz Ob Pa Q R Sp T Vb2 Y.

<sup>33</sup> Ov. *epist.* 19 *Hero Leandro*, 42 An uigilant omnes et timet ille suos? – Dörrie lectionem patrem non affert.

<sup>34</sup> Ov. *epist.* 20 *Acontius Cydippae*, 43: Mille doli restant; cliuo sudamus in imo.

<sup>35</sup> Ov. *epist.* 20, 115 *Inde fit ut, quotiens existere perfida temptas* – Dörrie 115 existere | obsistere Dp Pv; insistere U.



Vergilije: *Quas gentes Italum, aut quas non oraueris urbes*. Juvenal: *Graeculus esuriens in coelum iusseris ibit; i si dixeris »aestuo«, sudat*. Lukrecije: *Quas ob res ubi uiderimus nil posse creari*. Stoga treba reći ovako: u jednini se *-ris* produžuje onda kad je na početku stope; a *-ri* u množini produžuje se zato što, kad se skupa nađu četiri kratka sloga, jedan može biti produžen zbog potrebe metra. Inače oba sloga treba kratiti i pri izgovoru prvih i drugih lica konjunktiva perfekta baš kao što i futur u množini treba kratiti; tako da naglasak nikad ne bude na penultimi. To je naše mišljenje čak i usprkos Diomedu i gotovo svim drugim gramatičarima.

(...)

171. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*An quia uim nobis Neptunius attulit heros*. Ovako imaju drevni kodeksi Picardija i Menčetića. Ali Crijevićev i Gučetićev *intulit*, a ne *attulit*. Iz oba čitanja proizlazi posve jednak smisao.

(...)

181. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*An uigilant omnes et timet ille suos*. Tako stoji u kodeksima Picardija i Crijevića. Ali u onima Caravellija i Laurina, koji predaju u Bresciji, *An uigilant omnes, et timet ille patrem*. Oba su čitanja točna.

(...)

189. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Mille modi restant, cliuo sudamus in uno*. Drevni kodeksi gotovo svi *in uno* s izuzetkom jedino Laurinova koji ima *in isto*.

(...)

192. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Inde fit ut, quoties obsistere perfide tentas*. Tako stoji u primjercima Crijevića i Gučetića. *Insistere* Picardijev i Menčetićev. *Existere* Laurinov i Caravellijev.

(...)

CXCVII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Quis tibi permisit nostras decerpere messes.*<sup>36</sup> Sic habent exemplaria Gottii et Ceruini, Laurini uero et Picardi et Carabelli *praecerpere*.

(...)

CCI. in Ouidii epistolas annotatio.

*Sed melior iusto, quamque moreris ego.*<sup>37</sup> Codices Picardi atque Carabelli: *quamque moreris ero*, non *ego*. Pronomen illud eo loci positum sordidum et absonum censeo.

(...)

CCVII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Flendus amor meus est; elegi flebile carmen.*<sup>38</sup> Sic habent Ceruini et Carabelli exemplaria. Gottii uero *elegi quoque flebile carmen*, Laurini et Mentii: *elegia flebile carmen*. Scio eruditos fere omnes nostrae aetatis *elegeia flebile carmen* corrigere, ita ut sit pentasyllaba dictio Tortellio et Domitio reclamantes, qui *e* ante *g* ambigue poni dixerunt in *elegia*; et Georgio Merula, qui *elegi* praeteritum ab *eligo* reposuit.<sup>39</sup> Sed *elegia* quadrisyllabica recte legitur et prae caeteris placet.

<sup>36</sup> Ov. *epist.* 20, 145: Quis tibi permisit nostras praecerpere messes? – Dörrie 145 decerpere Bi Bn Ea Gi K2 Ri Vb Bentley.

<sup>37</sup> Ov. *epist.* 21 *Cydippe Acontio*, 32 Sed melior iusto quamque mereris ego. – Dörrie 32 mereris | moreris ε π q ego Naugerius | ero libri.

<sup>38</sup> Ov. *epist.* 15 *Sappho Phaoni*, 7: Flendus amor meus est; elegia flebile carmen. – Dörrie: elegi quoque F 16(2). 21. 45. 54. 121 Naugerius | eleg(e)ia z/2 δ et editores plerique (...) elegi *rell.* – Egnatius: *Elegia flebile carmen*. Et haec lectio mihi semper uisa probabilior quam *elegi* uerbum, aut *elegi quoque*, quod substituere quidam; id quod inconcinnum absurdumque uideatur nec ingenio poetae congruens. Qua autem ratione fiat ut syllaba ea longa sit et authorum usu probatur et a ratione non abhorret.

<sup>39</sup> Cf. Giovanni Francesco Quinziano Stoa, *Io. Francisci Quintiani Stoeae Brixiani poetae laureati De syllabarum quantitate epographiae sex ... Eiusdem Ars breuissima, & de aliquibus metrorum generibus, ac de omnibus heroici carminis speciebus*, impressum per magistrum Iacob Paucidrapensem de Burgofranco, Ticini, 1511 (Edit 16 CNCE 55975): 35v (»Epographia secunda«) (*in margine*: Domitius lapsitat) Ouidius in Saph. *Flendus amor meus est elegeia flebile carmen*, ubi Domitius lapsitat quum *elegia* legat quadrisyllabum; ait ille *elegia* penultimam habere longam, ideo *elegeia* ibi legendum esse adnotare debuerat; quod si *elegia* legitur, prima et secunda longatur contra omnium poetarum usum, immo et contra ipsum. (*in margine*: Tortellii error) In quo errore Chalderinus Tortellium habuit municipalem; quid insuper ibi Georgius dixerit Merula in aliis inuenies Epograph. (...) 75v–76r (»Epographia quarta«) *E* super *g* breuiatur, ut *atlegiae elegia egregius* (...) *in margine*: Ouid. emaculatus. Tortellii Domitiique error. Geor. Merula decipitur.) Ouid. *Flendus amor meus est elegeia flebile carmen*, ita ut pentasyllabum non quadrisyllabum legatur contra Tortellium et Domitium, qui si essent ueri *e* ante *g* ambigue poneretur nullis annuentibus poetis; in eo quoque carmine *elegi* praeteritum a Georgio Merula perperam legitur cui omnis doctorum reclamatione chorus; ait autem *elegi* substituendum esse quia non staret uersus; immo si legit ut praecipit, non claudicabit.

197. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Quis tibi permisit nostras decerpere messes.* Tako stoji u primjercima Gučetića i Crijevića, a Laurinov, Picardijev i Caravellijev *praecerpere*.

(...)

201. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Sed melior iusto, quamque moreris ego.* Kodeksi Picardija i Caravellija: *quamque moreris ero*, ne *ego*. Tu zamjenicu kad se stavi na ovo mjesto smatram ružnom i neskladnom.

(...)

207. bilješka uz Ovidijeve poslanice

*Flendus amor meus est; elegi flebile carmen.* Tako stoji u primjercima Crijevića i Caravellija. Gučetićev pak *elegi quoque flebile carmen*, Laurinov i Menčetićev: *elegia flebile carmen*. Znam da gotovo svi učenjaci našeg doba ispravljaju *elegeia flebile carmen*, tako da je riječ peterosložna, proturječeći Tortelliju i Domiziju koji su rekli da *e* prije *g* u *elegia* može imati više vrijednosti, i Giorgiu Meruli koji je stavio *elegi* kao prošlo vrijeme *eligo*. Ali *elegia* se kao četverosložna riječ

Displicet autem omnino *elegeia* quoniam diphthongus diuidatur. *Elegia* inquam quadrisyllabica dictio recte seruari potest ut ita scandat *flendus, mor meus, estele, gia*, ita ut *gia* sit spondaeus; nam ultima illa syllaba ob praecedentem ei diphthongum Graecorum more produci potest, ut alibi *Flebilis indignos, elegia, solue capillos* et *Blanda pharetratos elegia cantet amores* et *Venit odoratos elegia nexa capillos*.<sup>40</sup> Sed et hic produci praeterea potest ob subsequentes consonantes in dictione *flebile*. *Elegi quoque flebile carmen* lectio et placet et propter priscam lectionem maxime probabilis uidetur.

CCVIII. in Ouidii epistolas annotatio.

*Non facit ad lachrymas barbitos illa meas*.<sup>41</sup> Sic legit Minutianus. Sed et Carabelli codex ita habet, ut sit *illa* quasi »qua semper usa sum«. Sed caetera exemplaria manu scripta et uulgo impressa habent *ulla*.

CCIX. in Ouidii epistolas annotatio.

*Nec mihi Pterides subeunt Dryadesue puellae. Nec mihi Thespiadum caetera turba iuuat*.<sup>42</sup> Vetus lectio Gottii et Carabelli habent (!) *Nec me Pyrrhiades Methymniadesue puellae, Nec me Lesbiadum caetera turba iuuat. Pyrrhiades et Methymniades* a Pyrrha et Methymna Lesbi ciuitatibus usurpata abusiue (ut fieri solet) a poetis omnibus forma patronymicorum; unde recte sequitur post specialitatem (ut ita dicam) generalitas *Lesbiadum*. Laurini et Ceruini codices habent

<sup>40</sup> Ov. *am.* 3, 9, 3; *rem.* 379; *am.* 3, 1, 7.

<sup>41</sup> Ov. *epist.* 15, 8 *Non facit ad lacrimas barbitos ulla meas. Dörrie nihil ad hunc locum affert.*

